

Resp. est *captio Accidentis*. Major enim loquitur de eo, quod *per se* est, minor autem propos. de eo, quod *per Accidentis*. Quicquid enim *per se* operatur iram Dei, id est malum. Per se autem lex non operatur iram Dei, sed per accidens. Nam lex non producit in hominem peccata, sed invenit, arguit, ac monstrat, hominem propterea reum esse iræ divinæ. Sicq; fiunt *quatuor termini*. Et vitium non solum est *in materiâ*, sed etiam *in formâ*: *In materiâ* quia minor propos. non *per se*, ut dictum, sed *per accidens*, est vera. *In formâ*, quia sunt *quatuor termini*, quum medius aliter cohæreat cum majore, aliter cum minore termino, ac ita non amplius maneat terminus simplex.

2. *Qui accipit corpus Christi, vivificatur:*

*Impii in sacrâ cœnâ non vivificantur:*

E. *Impii in sacrâ cœnâ non accipiunt corpus Christi.*

Resp. major vera est de eo, quod est *per se*: minor de eo, quod est *per Accidentis*. Si quidem corpus Christi *per se* est vivificum, in impiis autem actus vivificationis non sequi-

qvi-